

291
3A
DISSE^TRATI^O
HISTORICO - PHILOLOGICO - THEOLOGICA

De
VERSI^NE NOVI
TESTAMENTI,
BARBARO-GRÆCA,

Quam

DEO DANTE,

SUB PRÆSIDIO

JOH. MICH. LANGII,
Theol. Doct. & Prof. Publ. Ordin. h. t.
sux Facultatis Decani, nec non Verbi Divini

Ministri,

H. L. Q. C.

d. XXI. Octobr. Anno MD CCVII.

Disquisitioni publicæ subjicit


JOH. MICHAEL DOEDERLINUS,
Weissenburgo-Francus.

Editio altera, emendatior.

ALTDORFI,

Literis Jodoci Wilhelmi Kohlesii.

e.5.



DISSESSATIO HISTORICO-PHILO-
LOGICO-THEOLOGICA

De

VERSIONE
NOVI TESTAMENTI
BARBARO-GRÆCA.

I.

 Um non ita pridem orbidocto stiterimus Disserta-
tionum Historico-Philologico - Theologi-
carum Trigam de Alcorani variis Editioni-
bus & Versionibus ; nemo nobis vertet virtus,
sillis subjunxerimus Græcorum sub iugo Turcico
gementium operam , quam hoc & superiori se-
culo iidem Novo Testamento impenderunt, in suam linguam
Communem sive Barbaro-Græcam illud transferendo & evul-
gando. Neque enim hæc materia omnibus ex æquo perspecta ha-
betur ; unde non indigna fuerit, qua disquisitionem Academicam
subeat, ut inter eos, qui literas bonas profitentur , magis inclarefacat.

II. Vix opus esse arbitramur , ut pluribus moneamus , nos ,
quando de Versione N. T. Barbaro-Græca loquimur , Bar-
baro-Græcisnum aliter accipere , atque MART. PETR. CHEITO-
MÆVS, qui Amstelodami 1646. Græco-Barbara Novi Testamenti ,
qua Orienti originem debent, selegit , congeffit , notisque illustra-
vit. Ei enim Græco - Barbara sunt, quæ voces in N. T. à viris
Særvicis usurpatæ , respectu Græciæ antiquæ, ignota erant: Sed
hodierna Lingua Græco-Barbara, etiam quoad analogiam Gram-
maticam à Veteri Græca lingua differt, ut Textus plures in hac dis-
sertatione adducti facile evincent.

III. „Novum Testamentum decreto & sumisibus Ordinum

A 2

Genera-

„Generalium Belgii, in gratiam hodiernorum Gracorum per columnas editum esse, ita ut ab una parte textus Originalis Gracus, ab altera ex adverso Translatio in dialectum recentem „Græcam conspiciatur, testis est B. D. AVGVSTVS PFEIFFERVS in Crit. Sacr. cap. XI. §. 14. p. m. 323.

IV. Et sanè sic se res habet. Prodiit enim dictum opus (etsi sine mentione loci impressionis) in forma quarta majori, anno 1638. hoc Titulo Greco: Ή κανὴ Διαδίκη τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δύγκωνθε, εἰς ἀποστολάς, τόπε δέοντος προστύπτοντος ηγήσασθαι τοις ἐπίστοις τοῖς ἀπόλυτοις διάλεκτοις, δια τοις μακαρεστοῖς κυρίοις Μαζίμοις, τῷ Καλολιπολίτῃ γενουμένη μητέφερος ἄμα ἐπιτάχθοντος, τῇ ΧΠΗΔΔΔΠΙΙΙ. h. e. Novum Testamentum Domini nostri Iesu Christi, bilingue, in quo ex opposito, hic quidem Divinus Originalis Textus, & citra ullam mutationem ē regione, ex hoc in communem linguan, per beatum Dominum Maximum Kalliopoliten facta Metaphrasis simul edita habentur, anno MD CXXXVIII. Constat opus totum Alphabetis circiter 8¹. nitidoque charactere Lecturibus sese commendat.

V. In hac editione præter textum totius Novi Testamenti duplicum, duplex præfatio Barbaro-Græca exstat. Prior est ipsius Metaphrastæ, Maximi Calliopolitæ, in qua Lectori suum institutum exposuit, & necessitatemetaphraseor, ubi linguæ fuerint mutatae, assertuit exemplo Esdra & aliorum virorum piorum, post Babylonianam captivitatem viventium, & Paraphrases Bibliorum Ebraicarum parantium. Tandem totum opus ut edatur, in hac sua præfatione, prope finem commendat Ordinibus Fœderati Belgii his verbis: Καὶ Διεγνάγεντες τὸ θερετον ἔργον καὶ νόον, καὶ ὡφελίμον εἰς τὸ δυσυχες γένος τὸ ἑλλήνων, πευτώ εἰς τὰ ποδαρεῖα τοῦ σκλαυμωπετάτων καὶ εὐσεβεστάτων μετὰ Κυρίων τὸ διερχόντων τῆς Φεοῦ Φρεγοῖς καὶ ιχνογράπτης Αερισογαλείας τῷ Βελγικῆς, καὶ Διεγνάγεντες τὸ θερετον δικηρεύεις τὸ θερετον βιβλίον, εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ δίκαιον δομού τὸ σκηνητικόν. Καὶ τέτοιο θέλει ήταν εἰς τοις ἱερέσιον γένος τοῖς εὐεργείαις, Διεγνάγεντες τὸ πατρὸν βιβλίον, εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ δίκαιον δομού τὸ σκηνητικόν. Καὶ τέτοιο θέλει ήταν εἰς τοις ἱερέσιον γένος τοῖς εὐεργείαις, μητρούσιον εἰμάντος τὸ αὐτόν καλεσαγανίας τε καὶ εὐνοίας. Τέλος ὅποιαν μᾶς ἔδειξε καὶ ὁ σκλαυμωπετός αὐτῶν πρέσβυτος Κύρος Κορηνήλιος Αγας, εἰς τὸ ὅποιον Θαρρότατος ἐπεχειρήσαμεν.

τὸ παρόν. Καὶ Διὸς τέλω τὸν εὐεργεσίαν ἡμῖς δὲν ἔχομεν, νὰ σπάσουμεν χάρην. Ἀλλὰ τὸν σπληνικὸν θέλγοι τὸν ἔχει τοῦτο τὸ μαδαπόδειρον, ἐποιημένοις νὰ σπάσουμεν μὲ τόκον (ἔπεινες, οὐ τοῦ τὸ δανείζεν εἰδὼ δεγνύετον) εἰς τὸν δεινότερον παρόστατον. Καὶ ἡμῖς πθέλομεν τὸ αὐτόκαλεῖ, νὰ τὸν Διαφυλακτὴν ἐρρωμένον καὶ ὑγιεῖς, καὶ τὸν δεχτὸν αὐτὸν ἀπίκαιον καὶ ὀνειρεύεται ἄχει τούτης εἰδῶν. h. c. Et ut hoc opus DEO gratum, commune & tori Gracorum generi infelici utile, fiat, concido ad pedes Illustrissimorum & Pier-
tissimorum meorum Dominorum, Ordinum divinitutis custoditae & Po-
tentissima Reipublica Belgica, atque per DEI misericordiam precor &
obsecro, ut mihi hanc praestent munificentiam, quod praesens liber
prælo subjiciatur, in honorem DEI & Ecclesie adificationem.
Hoc enimerit in nostram nationem aeternum monumentum ipsorum
beneficentie & benevolentie, quam nobis probavit Illustrissimus
illorum Dominus Legatus, Dominus Cornelius Aga, in
quo confidentes, scriptum praesens offerimus. Et licet pro tanto
beneficio nos non habeamus, quod repandamus; recipient tamen
satisfactionem a DEO brabœuta, qui soluturus est cum fænore
(iis, qui eidem hic argentum commodant) in secundo adventus.
Et nos invocabimus eum, ut ipsos praestet validos & sanos, atque
ipsorum Rempublicam incrementis perpetuis florentem esse velit,
usque ad seculi consummationem. Forte his verbis nixus est B.
D. A V G. P F E I F F E R V S, quando cit. loc. adseruit, decreto &
sumtibus Ordinum Generalium Belgii hanc versionem fuisse editam.
Constat alias de loco hujus primæ editionis N. T. Barbaro-Graci
doctos viros admundum dissentire. Alii Genevam allegant; alii
Antwerpiam; alii Amstelodamum; alii alia loca. Multis proba-
bilissimum videtur, in Belgio hanc editionem esse adornatam, sive
Amstelodamum, sive aliud locus prælum subministrarit; quanquam
B. Prof. KOENIGIVS noster, meus quondam in his literis fide-
lissimus Praeceptor, in ea fuerit opinione, Genevam potius, quam
urbem quandam Belgicam operam typographicam huic libro appli-
cuisse: taltem per §. XIV. certum est, Cyrilli Confessionem Gra-
cam Anno 1633. Genevæ prodidisse.

VI. Altera sive Posterior Praefatio est famigeratissimi Patri-
archæ, Constantinopolitani, CYRILLI LVCARII, qui præ-

cipue à Reformatis, Martyribus annumeratus, eodem, quo hac versione Barbaro-Græca impressa fuit, hoc est, anno 1638. malevolorum invidiae succubuit, & laqueo, ex Tyranni Turcici furore, quem variis artibus homines Christianam religionem professi incenderant, mortalis esse desit. Placet ex hujus quoque Epistola Græco-Barbarā illa hūc transcribere, quæ historiam hujus versionis & editionis primæ juvant, Postquam enim etiam hic ipse metaphrase utilitatem & necessitatem declarasset, tandem hæc verba adhibuit: τέτο γνωείζοις το καὶ μετεῖντες οὐσιαν αφέλειαν ἡμιπορεῖ νὰ πεζενηση ὁ σκλαμαρατατοι ἀφθεντης Κορηνηι. "Αγασ, ὅπε τῶσ σήμερον ἐδῶ εἴ τινας Κανταύηντας τοσιν εἴναι διπορευτῆς τὸν ιψηδοτάτων χρόνοδεξιατων ἀφθεντης Βελγικῆς, ηγεν τὸ Φλανδρεζικοντεσοντεσ εύνοιαν καὶ αγαπει τοις τὸ γένοις τὸ Γραικῶν, ἐφρόνισε με τοσιν διπιμειαν πιστωτα καὶ ορθωτατα τὰ μεταγλωπιδη εἰς ποιην γλωτταν τὸ ιερὸν εναγγέλιον, ηγεν οι τεοταρες εναγγελισαι καὶ αι περάξεις καὶ Πησολαι τὸ άγιον διπορεύων, καὶ η διποράλυψις τὸ άγιον Ιωάννου, ταὶ οποιας ποιέχοσι παταντινας νέαν Διεβίην τὸ Δεσπότιον καὶ σωτηροι. μας ιησοῦ χριστοῦ. Latine hunc sensum haec Barbaro-Græca dabunt: Hoc idem sciens & astimans, quam tam utilitatem posse adferre, Illustrissimus Dominus Cornelius Agas, qui hoc tempore Constantiopolis est Eminentissimorum & Inclitorum Dominorum Belgij, h.e. Flandriæ, Legatus, benevolentia & amore prosecutus nationem Græcorum, curavit multa cum sollicitudine, ut fidelissime & correctissime in Linguam communem transferretur sacrum Evangelium, hoc est, quatuor Evangelistæ & Epistole Apostolorum & Apocalypsis St. Johannis, que totum Testamentum Novum Domini & Salvatoris nostri JESU CHRISTI absolvunt. Hæc Patriarcha Cyrillus, de quo inferius paulo plura.

VII. In fine totius operis habetur adhuc adjecta epistola purius Græca, quæ Editorum est, quibus operæ pretium fuerat visum, lectorem de uno & altero, tam ratione contentis inter textum originalem & Metaphrafin, quam ratione orthographia Neo-Græca monere. Sunt autem fere tria, quæ in hac Epistola habentur monita. Primum hoc redit: Πορώτον, ἀληη μεν σκόσσει τὸ μεταφρεζικον, ἀληη δὲ τὸ χαλκογράφον μεχρηδη, οὗτον συνέβη τὸ δέχετυκον διαπαντος τὴν μεταφράσει συμφωνειν. οὐδὲ τέτο πάντως αναγνοῦσον.

τὸν οὐδὲν ἀλλαγὴν σκοπότεων η̄ παρεμβάλλειν, η̄ καὶ ἀφαιρεῖν, οὐτε τὰς
μεταφράσιους τῷ δέχεται παντάπασι συμφωνεῖν. h. e. Primum est,
quod alia editione Metaphrastes, alia autem Typographus fuerit
utus, unde accedit, ut Textus Originalis non ubique per omnia
Metaphrasi consentiat; & propterea omnino necessarium est, hanc
ex aliis editionibus aut supplere, aut concidere, quo Metaphrasis
Textui originali omnino consentiat. Hoc monitum primum est.
Succedit alterum, quod ita habet: Ἐπειγό δε, συχνάντις τοῖς σίχων
Δημητρίους ἐχθροῖς εἶναι, οὗτοι μίαν η̄ καὶ δύο λέξεις ἔπειτα διαδέχεταις
τοῖς εἰχθνέστιχον, η̄ καὶ αὐτάπαλιν ἀναληπτέον, h. e. Deinde vero notandum,
quod frequenter distinctio versiculorum non sit similis, adeo ut una,
aut due voces ex precedente in subsequentem, aut vice versa, sint
adsumenda. Denique monitum illius Epistolæ **Tertium** his ver-
bis constat: Τέλος δε, τὸν τὸ μεταφράστεως ὄρθογραφίαν μη διη-
μαρτυρέντα εἶναι, εἰ καὶ ἀλλας τοις δόξειν δι, οἱ γάρ νῦν ἐλλήνες ὡς αὐτοὺς
καὶ γερμανοὶ εἰπασι, ἀπερθάνεις γαρ τῇ διαγραφῇ ὄρ-
θογραφία συνικολογεῖσθαι μεν, αὐτὸς δὲν διαφέρει τὸ εὖ αι, καὶ το, η,
υ, ει, οι, ιοδονυμενῆδεται εἰναι, συγχέει δὲ καὶ τὸ ο καὶ τὸ ω, καὶ ἀλλα τοι-
αῦτα, ἀ τοις τοις αὐτοῖς μαθεῖν εἰναι. h. e. Tandem vero mone-
mus, Metaphrastos orthographiam non esse vitiosam, licet quibus-
dam aliter possit videri. Accurately enim sumus Manuscripti exempli-
plaris orthographiam secuti; ipsi non differt ε & οι; atque ι, η, υ,
ει, οι eidem equipotentia sunt; confundit vero quoque ο ὁ ω, &
similia, quae ex lectione addiscere licet. Haec tenus potissima, qua vide-
bantur propter historiam literariam ex epistolis, quibus Versio N.T.
Barbaro-Græca, in editione illa prima, instructa habetur, excerpta.

VIII. Si quāras, in quo pretio hæc verio sit Græcis habita? Om-
nino respondendum fuerit, premium vix adeo magnum illam fuisse
consecutam in Græcia. Ita enim JEREMIAS, Sacerdos Græcus,
qui Anno 1669. in Germaniam venit, in epistola quadam, quam Vien-
vā ad Excellentiss. Dn. D. JOH. OLEARIVM A. 1670. dedit, quam-
que postea CL. HENRIC. HILARIVS sua Appendici ad Philippi
Cyprii Chronicor Ecclesiæ Græca, Octēm. c. 3. seqq. inseruit: Εγώ
τάς, ait, παλεύτας η κανή Διαθήκη παρ' ήμην ἐγων ευθέτας ης κανέο
γλωττας; Ιδι' οὖ παρ' ήμην η κανή Διαθήκη αναγνώσκεται γλωττη,

η γέ-

γέρεαπλαι, καὶ τάυτῳ τίνες μεθερμήνευσαν. Βαρζαροφόνως, ἀλλά
ἀχεῖς θεώνται ἡ μετάφρασις, καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς εἰδεῖν. h. c. Interrogatis
utrum apud nos vendatur Novum Testamentum in linguam vulgo-
rem translatum? Scito quod apud nos N. T. legatur illa, qua con-
scriptum est, lingua: Et licet quidam illud Barbaræ interpretatis sint;
videtur tamen metaphrasis inutilis, utpote quam nemo emerit.
Hic autem eventus non respondebat spei vel Maximi Callipolita,
vel Patriarchæ Cyrilli, vel Evergetarum Belgicorum, quæ illos ad
hanc N. T. editionem induxerat.

IX. Rationem successus minus exoptati putarim præcipue du-
plicem esse: (1) Græcorum superstitionem vetustatis veneratio-
nem & fastum insigne, qui facile präfationem utramque, & ma-
xime illa, quæ §. V. & VI, tam ex Maximi Callipolita, quam ex
Patriarchæ Cyrilli epistola excerpteramus, in malam partem acce-
perat: (2) Cyrilli Patriarchæ fata, & ex collusione cum Reforma-
tis famam non obscuram, quâ, quemadmodum Græci perquam of-
fendebantur, ita non est mirum, quod metaphrasin illam pro pignore
istius habuerint collusionis, & idcirco totam operam parvi fecerint.
His si quis velit (3) addere rationem ex nimio (quod prolixitas ope-
ris & nitor elegantium characterum postulabant) prelio; fortè non
adeo aberrari à scopo. In nostris terris Exemplar (quo ego quoniam
ex favore Celeberrimi Possessoris sum usus, & unde varia ex-
cerpta Benevolo Lectori jam communicavi) B. Prof. Koenigio
nostro, quem §. V. jam laudavimus, sex constituit florensis, iive
quatuor imperialibus: Unde facile concidere licet, in Oriente pre-
sum non potuisse esse minus, quod homines fortis tenuioris vix-
uni libro impenderint? Planè igitur verum fuerit, quod dixerat
Ieremias, illam metaphrasin inter suos Græculos, paucos ha-
buisse emuntientes.

X. De Cyrillo Lucario, Patriarcha Constantinopolitano,
qui nostram Metaphrasin omnibus modis promovit, plura jam inter-
dictos leguntur. Non enim modò haud pauca de hujus Patriarchæ
vita, conatibus & fatis extant in CYPRII Chronico Ecclesiæ
Græcæ ab Hilario, cuius antè meminimus, edito, pag. 439.
sqq. itemque in JOH. HORNBECCI Summa Controversiarum
984. seqq. in HOTTINGERI H. E. aliorumque monumentis li-
teraris; Sed etiam ex Archivis Legatorum Anglicorum ad Portan-

Otto-

Ottomanicam, quam plurima de hoc Patriarcha in lucem protrahere & orbi persuadere est annis. THOMAS SMITH, Ecclesiae Anglicanae Presbyter in Miscellaneis, quae vocat, Londini Anno 1680. editis, ubi ex instituto Vitam, Studia, Gesta & Martyrium Cy-
rilli Lucarii, Patriarche Constantinopolitani à pag. 49. usq; ad pag. 130.
enarravit. Nos non nisi pauca, & quidem illa solum delibabimus,
quam quandam cum nostræ Versionis Barbaro-Græcæ fatis nexum
habere videbuntur.

XI. Certum est, Cyrillum, cùm has terras, antequam ad fastigi-
um Patriarchale evehetur, perlustraret, familiaritatem contraxisse
cum Protestantium Ecclesiis, præcipue autem ipsum mirum in
modum juvise Reformatorum placita. Doctus ergo simul & pru-
dens judicatus, cùm rediisset in Orientem, magnis rebus admove-
batur. Patronum in Oriente habuit præcipuum, imo & Præcepto-
rem ac auxiliatorem (ambo enim ex Candia natales derivabant) ME-
LETIVM, cognomento Pegam, cui tandem in sede Patriarchali
Alexandrina Successor fuit datus: abhinc in sedem Patriarchalem
Constantinopolitanam, Anno MDCXXI, evocatus, per varia fata
& rerum discrimina, sèpius ex hac sede turbatus atque ex exsiliis re-
vocatus, sedique Patriarchali restitutus fuit, donec denique Anno
MDCXXXIX. invidorum stratagematibus succubuisse, atque Im-
peratore Turcico absente, à Muñā Bassā, regni Procuratore, operam
dante Berrhœnsi Cyrillo, & concursu aliquot Methymnæorum
interfectus fuisset. Conf. Chronic. Eccles. Græc. PHILIPPI CY-
RILLI, pag. 440.

XII. Inter ejus Gesta præcipua erat (1) quod Barbariei
& pigritiæ Græcorum bellum quasi juratum indixerit,
atque quovis modo fuerit conatus, bonas literas revocare in Græ-
ciam, suisque Ecclesiis, excusis antiquâ ruditate & superstitione,
solidiorem rerum divinarum notitiam ex sacris Bibliis instillare.
Hinc invidiam non modò plurium Græculorum, tanquam novatu-
riens, in se derivavit sed præcipue pluribus Ecclesia Pontificia auto-
ritati & incremento operari navantibus bilem eatenus commovit, ut
Aulam Turcicam tantum non fatigarent, donec Cyrilii hujus sup-
plicium consequerentur.

XIII. Patronis in hac Barbariei medela est usus Oratoribus Bel-
lico & Anglicano, quorum dexteritate, auctoritate & summis
varia præstitit. Huc pertinet (a) Typographia, quam Londino

Constantinopolin pertulerat Calogerus quidam, NICODEMUS METAXA, ortu Cephalenienfis, cujus fata egregie enarravit laudatus Theologus Anglus, Thomas Smith, p. 92. seqq. Etsi enim ad invidiam novae inter Gracos artis declinandum, Cyrillus noster auctoritatem Oratoris Anglici prætexeret, qui hanc typographiam, quali fui esset peculi, Vizirio commendabat: postquam tamen Cyrius ad calumnias de se sparsas dispellendas edi curasset *Libellum de Fide & Doctrina Ecclesie Graecæ*; adeo irritavit adversarios Jeluitas, ut extrema novæ typographiæ jurarent. Cum enim alius „Cyrilli liber in illorum manus diligentे cura quesitus, in Anglia „pridem editus, tandem incidisset, in quo beatissimi nostri Salvatoris Domini IESU Christi divinitatem contra Judaos & Mahomedanos adstruxerat, quicquid acris dictum adversus hominum præsertim deliria, qui hoc necessarium Christianæ fidei dogma, „risu & sannis excipere solent, disputaverit, accurate excepunt, „nimurum quod bilem moveat Turcis, quibus totum illud horribile „arcانum revelandum curant ope cuiusdam callidi nebulonis apud „Vizirium summa gratia valentis, quocum proposita mercede egere, „ut hac, si Diis placet, infami & blasphemiarum plena charta „in ipsis manus tradita, simul in aurem diceret, Metaxam sub nachali habitu militem agere, illumque esse artis bellica, peritis- simum; libris his editis Gracos ubi ubi per Imperium sparsos ad seditiones incitari posse, & ad fidem Alcorani oppugnandum facile patere viam, cuius rei libellus iste Cyrilli clarum erat indicium specimenque; hujus copiam, procurante Metaxa ex Anglia re- duce, jamjam ubique prostare venalem &c. Verba haec sunt defunta ex citatis Miscellaneis Thomae Smith, pag. 97. 98. Non potest dici, quantum applausum haec apud Vizirium calumnia habuerit, qui zelo Religionis & Imperii accensus, eam instituit tragediam, quam nemo apud cit. Smithium pag. 98. 99. seqq. sine commiseratione legerit, nisi qui omnem conscientiæ curam & justi amorem, per Statistica philtra perdidere.

XIV. Barbarici (3) idem Cyrillus voluerat mederi per Novi Testamenti in linguam vulgarem translationem. Huc referri debent loca, quæ s. V. & VI. ex Maximi Calliopoliti & Cyrilli Lucarii Pra-

Prefationibus ad Novi Testamenti Versionem Barbaro Græcam atculimus, unde satis de scopo operis constat. Confer quæ infra §. XXII. ex Seraphimi Præfatione damus: ut alia plura Cyrilli specimena hoc facientia nunc omittamus.

XV. Ad Gesta Cyrilli nostri præcipua meritum (2) nos quoque referimus ipsius cum Ecclesia Reformatorum consensum, quem titulo non uno meditari est Græcis suis, & aliis quoque visus. Nimirum edidit Cyrilli Confessionem fidei, idiomate Latino A. C. 1620. Orator Belgicus, Cornelius de Haaga (quem vulgo Cornelium Agam vocant) ut est apud Smithium cir. loc. pag. 104. Eandem ipse Patriarcha editurus fuisset Græcè, nisi Typographia Metaxæ infelici fato (de quo supra) fuisset destruxta. Hac confessio primò à Romanis est in dubium vocata, quasi fictitia esset & Cyrilli nomen tantum mentiretur; mox aurem confutata fuit scripto, quod Roma an. 1631. Latinè hoc prodiit titulo: *Censura Confessionis fidei, seu potius perfidia Calviniana, qua nomine Cyrilli Patriarchæ Constantinopolitanæ circumseritur.* Author Censuræ erat Matthæus Cariophilus, genere & ortu Cretensis, titulotenus, Archiepiscopus Iconiensis. Confutatio hæc anno sequente Græcè quoque conspexit lucem. Cyrilus Patriarcha, Romanæ curiæ molimina videns, Latinum sua Confessionis textum Græcè convertit & quatuor quæstionum & responsionum appendice auxit, qua tandem Geneve Anno 1633. excudebatur.

XVI. Hoc pacto suam auctoritatem conciliabat quidem sua Confessioni Patriarcha; sibi autem simul invidiam Jesuitarum & Græcorum divortia parabat. Vide qua Smithius pluribus in hanc rei adfert, pag. 107. seqq. Sanè Gallicus Orator, Comes de Marca Villa, primitus conveniens Cyrilum eidem indicabat, Eminentiam ejus (ita enim compellabat Cyrilum) Roma & in Gallia pro Calvinista haberi, quam scilicet Rex Christianissimus odio habeat. Cum autem nollet Patriarcha recedere à sua confessione; ultima tandem adversæ partis molimina sibi exspectanda esse facile prævidebat. Perpetiebatur varias calamites & tandem ultimum supplicium, quanquam non ex Religionis prætextu, sed ex criminationibus & calumniis adversariorum, quasi nemo ad rebellionem promptior, ne-mo aptior esset, Cyrrilum: cuius sceleris cum toties falso accusatus,

toties etiam ejusdem purus declaratus, & ideo in sedem suam revocatus fuisset; tandem malitia calumniatorum, quibus alia causa in corde, alias prætextus in ore erat, succubuit Anno 1638.

XVII. Quicquid autem hujus sit: Hoc certè temerè quisquam vix negarit, ipsum Reformatorum, & præcipue Johannis Calvini insignem admiratorem fuisse. Exstat fragmentum epistola Italice, quam hic Cyrus, (utpote lingua Italica non imperitus) ex suo ad amicum dederat exilio, apud Hornbeccium in *Summa Controvers.* pag. m. 985. quæ hoc satis probat. Verba ipsa dabimus Lettori curioso, quæ hæc sunt: Per ciò ho voluto scriver à V. R. e
 „contestarvi, che mi state testimonio, se io muoio, chè io muoia
 „Catholico orthodoxo nella fede del N. S. Gesù Christo, nella dot-
 „trina Evangelica, conforme la confessione Belgica, la confessione
 „mia, e le altre delle chiese Evangeliche, che sono tutti conformi:
 „abhorrisco li errori dellli Papisti, & le superstitioni dellli Greci:
 „provo & abbraccio la dottrina del Dottore meritissimo, Giovanne
 „Calvino, & di tutti, che sentono con lui. In questo voglio che
 „mi state testimonio, perche con sincera coscienza così tengo, così
 „professo e confessò, come anco la mia Confessione mostra: & re-
 „commendo a voi questo deposito, caso che morissi, di farne parte-
 „cipi tutti li fratelli Christiani orthodoxi, e mi recommando alle
 „preghiere di V. R. li 15. 25. di Marzo. Cyrillo, Patriarcha di
 „Constantinopoli, h. e. Propterea volui scribere ad V. R. vos
 „que obtestari, ut mihi sitis testimonio, si fuero mortuus, quod mor-
 „tuus sim, tanquam Catholicus orthodoxus in fide D. N. Iesu Christi,
 „in doctrina Evangelica, conformi Confessioni Belgica & mea Con-
 „fessioni, & reliquis Ecclesiis Evangelicis, que omnes conformes
 „sunt. Horrori mihi sunt errores Papistarum & superstitiones
 „Grecorum; probo autem & amplector doctrinam Doctoris meri-
 „tissimi, Johannis Calvini, & omnium, qui cum eo sentiunt. In
 „hoc, ut mihi sitis testis, volo; nam ex conscientia sincera sic sentio,
 „sic profiteor & confessio, quemadmodum etiam mea Confessio
 „monstrat & vobis commendo hoc depositum, posito casu quod
 „mihi sit moriendum, ut nempe illius reddatis participes omnes
 „fratres orthodoxos Christianos, meque commendo precibus V. R.
 d. I. 5.

d. 15. 25. Martii, Cyrillus Patriarcha Constantinopolitanus.

XVIII. Quid? nec ipsa Calliopolita Metaphrasis credebatur Calliopoliti suspicione carere. Putabant enim plures, ipsum pasim in Metaphrasi & Notis, (quas nonnisi brevissimas versioni sue hinc inde adiecit) à Theodori Bezae nutu peperdisse. Res tamen non adeo liquida videtur: quanquam confit, vel ex nostratibus non defuisse, qui Bezae versionem pro optima haberent, quos inter nomen celebre est B. DN. BALTHASARIS STOLBERGII, de quo vide Adolphum Clarmundum in Vita Erasmi, p. m. II. Hinc non mirum, sicuti Cyrilus & Maximus Calliopolites maluerint quoque cum Beza sentire, atque hujus potius, quam aliorum mentem sequi. De reliquo jam supra §. VII. monimus. Editores dissensum, qui quandoque inter textum originalem & metaphrasin Neo-Graciam observatur, ex alio fonte deduxisse, videlicet, quod Calliopolites sit alio exemplari Græco usus. Sed transiant ista.

XIX. Hoc interim non est insuper habendum, quod Hieromonachus SERAPHEIM, qui anno 1703, Londini, in forma duodecima, Novum Testamentum Græco-Barbarum denuò edidit, non modò omiserit in hac sua editione Textum Græcum Authenticum, ut sumtibus parceret; sed etiam quod neglexerit Epistolas Cyrilli Lucarij, Patriarchæ & Maximi Calliopolitæ, metaphraseos hujus auctoris, & quæ sunt similia in prima editione, quam haec tenus recensuimus, reperiunda. Quid? ne Notas quidem, quibus hinc inde Calliopolites suam metaphrasin illustravit, servandas esse censuit, verum potius ita totum opus refinxit, ut omnino videri queat, maculam, aut saltum invidiam, quam hæc Metaphrasis ex Cyrilli Patriarchæ conatus quondam contraxerat, vel silentio interposito, absterrerunt.

XX. Nimirum in hac nova editione (fortassis ne plagium commisere videretur Seraphimus noster) equidem fatetur in libri titulo (quem §. seq. integrum dabimus) Maximum Calliopolitem metaphraseos ipsius auctorem; attamen mox omnibus illis, quæ Patriarcha Cyrilus & Maximus ipse præfati erant, abjectis, suam planè novam prefationem substituit, & in hac ex emendatione & revisione, cumque aliis versionibus, imo & patribus, collatione, hanc alteram metaphraseos editionem ita sibi vindicat, ut satis ap-

pareat, voluisse ipsum hanc suam operam à primorum editorum cura prorsus diversam haberi.

XXI. Titulus totus novæ hujus editionis hic est: Ἡ ιανὴ¹
„Διαθήκη τῆς Κυρίου καὶ Σωτῆροῦ ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεταφερ-
„θεῖται περὶ ζεύγων οἰκανῶν εἰς πεζὸν Φερόσιν Διὰ τὸν κοινὸν αἱρέ-
„ται τὸ Κεκτιανόν εἰς τὸ στράτεον τοῦ Ἱερομονάχου Μαζίμου τοῦ Καλλίσ-
„τολίτου, καὶ τὸν τυποθεῖτα σιωπήσει Σεραφέμῳ, ιερομονάχῳ τοῦ Μιτο-
„ληναρίου. Ἐν Λογδίνῃ τῆς Βρετανίας, ἐν ἑταῖρων πατριών αὐτοῦ, τοῦ
„Βενιαμίν Μοναχῷ h. e. Novum Testamentum Domini & Salvatoris
nostrī JESU CHRISTI, translatum ante plures annos in lingua-
vulgarem pro communi Christianorum usū, per Hieromonachum,
Maximum Calliopolitem & nunc denuo excusum ex correctione
Seraphimi, Hieromonachi Mitylenensis, Londini Britannia,
anno salutis, MD CCIII. apud Benjaminum Motteum.

XII. Juvat præterea ex præfatione Hieromonachi nostri Bar-
baro-Græca itidem quædam excerpere, quæ ad negotium præsens
faciunt & nostrā versionis, ejusque editionum historiam illustrant.
Postquam nempe noster Seraphimus in sua præfatione plura
de lectione sacre Scripturæ eleganter disputationes, & omnino con-
tendisset, in gratiam populi versiones extasitare debere, tandem circa
medium præfationis ita pergit: „Διὰ τοῦ λοιποῦ βλέπωσας τὸ
„τέλετον τοῦ ταῦτα ἀγαθῶν εἰς τὸ γένος μᾶς Θεῶν Κυρίων πινθεῖς καὶ
„τὸ στράτεον θεοτεῖον τὸ διατηνθὲν (καίπερ αἰώνιον) ὃν τὸ τοιότυ
„τεργάντα μὲν τὸ νάνον ταυτηγνηνέν τὸν θεῖαν γεγονόν εἰς πεζὸν
„Φερόσιν, τὸν ἐμετατύπωτα, διορθώσας μερικά, συμβάλλοντάς
„τε μὲν ἄλλας μεταφερόσας ἀκολυθῶν καὶ τὸν ἔχηγον τὸ σύγιον
„παλέρων εἰς αἴφελαντήν εντοβάντων καὶ ὄρθοδοξῶν Χερτιανῶν, ἐξαρέστος
„διὰ τῶν ἵερεών καὶ μερικής δέχερεᾶς, ὅπερ δὲν καταλαμβάνονταν τὸν
„εἰληπτικὸν γλώσσαν, 2] φανταστικόν ήμετούσην μὲν τὸν Βούθειαν τὸ
„τα αναγνίσιανέματο. με τὸν ἀνάγνωσιν τῆς κοινῆς νά καταλαβεῖται
„τίποτες δηλοῦτον, Διὸς νά το μεταδώσονται εἰς τὸν αἰστό
„Χερτιανὸν πόλεις αἴφελαντας καὶ ψυχικῶν σωμάτων καὶ δό-
„ξαν τὸ θεῖον h. e. Propterea igitur, cum viderem defectum tanti
„θον, in nostram gentem zelo divino commotus & a quibusdam
„spiritis permotus (indignus quippe tanto opere) postquam inveneram
„antea translatam divinam Scripturam in vulgarem linguam,
eandem

eandem recudi curavi, quedam corrigens & conferens cum aliis versionibus, securus etiam expositionem sanctorum Patrum, in usum piorum & orthodoxorum Christianorum, pricipue autem propter quosdam Sacerdotes & quosdam Archisacerdotes, qui non adsequuntur Graecam linguam, ut possint per auxilium spiritus Sancti, mediante lectione versionis vulgaris, adsequi alii quid ex originali textu, quod communicent cum simplicibus Christianis, ad utilitatem & spiritualem salutem ipsorum, Deique gloriam. Hæc Seraphimus ipse de sua editione Versionis Barbaro-Graecæ secunda.

XXIII. Quemadmodum autem ipse in adductis verbis per Divinam Scripturam intellexit solum Novum Testamentum, quod lingua Graeca Ecclesiæ Christi concreditum est: ita non negarim, existare etiam aliqua V. T. Barbaro-Graecæ. Argumento mihi sunt Acta Eruditorum, que Lipsiæ edi solent, in quibus Anno 1689. pag. 116. ex Richardi Simonis Critica Historia N. T. libr. I. cap. VI. refertur, Pentateuchum tum Hispanicæ, tum Barbaro-Graecæ una cum textu Ebraeo & Paraphrase Chaldaeo, Constantinopolitano 1547. impressum esse. Cum autem nihil horum unquam oculis usurparim; nihil habeo etiam quod de iisdem tester.

XXIV. Saltem que haec tenus sunt prolatæ, evincunt, quod Graeci versionem in linguam vulgarem minus reformatæ, atque ille Cardinalis, qui conspecta versione Bibliorum vulgari Italica, quam SIXTUS V. Papa, evulgaverat, exclamavit: O la Chiesa di Dio perirà, o questo Papa morrà! h. e. Aut Ecclesia Dei peribit, aut iste Papa morietur. Historiam hanc pluribus ex documentis non contemnendis edocuit etiam post fata suprema Venerandus noster ex suis secundis nuptiis Pater, Dn. D. WAGENSEILIUS (qui non sine rei literaria; de qua immortaliter fuerat meritus, luctu, ad æternæ gaudia transit) in insigni & numerum satis laudata Præfatione ad Tela ignea Sarana pag. 25. Ad quam Lectorem benevolum remittimus. Nos hoc Catone contenti, hac vice quiescimus, alio tempore, si Deus vitam & vires dederit, fortè plura in Philologia Barbaro-Graecæ usum daturi.

SOLI DEO GLORIA.

COROLLARIA RESPONDENTIS.

I.


Ab incertitudine loci impressionis (& forte aliarum circumstantiarum) non licet in præjudicium operis cuiusdam ipsius argumentari.

II. An lingua Barbaro-Græca, quia quoad Analogiam Grammaticam etiam à veteri Græca differt, novum lingue genus constituat?

III. Falluntur, qui linguam Barbaro-Græcam cultum minimè mereri affirmant, eamque ut ignotam & nimis obscuram vilipendunt & rejiciunt.

IV. Linguam Græcam hodie triplicem esse, inquit CRUSIUS in Turco-Græcia 1. Antiquam & puram, 2. Ecclesiasticam, 3. Vulgarēm. Confer Henrici Hilarii Append. ad Philippi Cyprii Chronit. Eccles. Græc. oītern. e 2. seqq.

V. Laudatus CRUSIUS in Turco-Græcia fol. 185. semet ipsum ὡρῶν Introdūctorem Barbaro-Græcae lingæ in nostram Germaniam, non planè prater rem nuncupavit.



ULB Halle
001 944 55X

3



S 6.

V
D
18



B.I.G.

Black

White 3/Color

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSERTATIO 1707
ORICO - PHILOGICO - THEOLOGICA

De
RSIONE NOVI
TESTAMENTI,
ARBARO - GRÆCA,

Quam

DEO DANTE,

SUB PRÆSIDIO

J. MICH. LANGII,
Doct. & Prof. Publ. Ordin. h. t.
Facultatis Decani, nec non Verbi Divini

Ministri,

H. L. Q. C.

d. XXI. Octobr. Anno MD CCVII.

Disquisitioni publicæ subjicit

MICHAEL DOEDERLINUS,
Weissenburgo-Francus.

Edito altera, emendatior.

ALTDORFI,

Literis Jodoci Wilhelmi Kohleii.

e.5.